

DISPUTATIONES

*Libreria de la Universidad de Zamora
Es de la Colección de J. B. de Salazar de Salamanca
1752*

I N
VNIVERSAM
ARISTOTELIS

LOGICAM.

AUTHORE R. P. FRANCISCO ALPHONSO

*Malpartidensi è Societate Iesu Sacrae Theologiae professore
in suo Collegio Complutensi.*

TERTIA

EDITIO.

Anno



1659.



CVM PRIVILEGIO:

COMPLVTI Apud Mariam Fernandez.

EGO Ferdinandus Valdes Societatis Iesu in Provincia Tolosa-
na Præpositus provincialis, potestate ad id mihi facta à Reue-
rendo admodum Patre nostro Mutio Vitelloichi Præposito
Generali, facultatem facio, vt liber inscriptus: *Disputationes in vniuer-
sam Aristotelis Logicam*, octo libros Physicorum, &c. Authore Patre
Francisco Alphonso nostri Societatis, & in nostro Collegio Comitatens-
si Theologiæ professore, & Doctorum, grauiumque hominum eiusdem
Societatis iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has li-
teras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Ma-
trici in nostro Imperiali Collegio, die octauo Augusti, anno millesimo
sexcentesimo trigesimo octauo.


Fernandus Valdes.

*Approbatio R. P. Fr. Ildephonsi de Herrera, Ordinis Minorum S.
Francisci de Paula, Provincia Definitoris, & studiorum
Regentis.*

Supremi Regij Consilij imperio parens reuisi opus Philosophicum
R. P. Francisci Alphonsi Societatis Iesu. Inueni penitissimam
penetrationem questionum, sententiarum omnium dilucidatio-
nem ita perspicuam, ita enodatam, vt sententiam nouum nobis aduenisse
Ælipnum, nouum Philosophiæ iubar. Non deinceps vocabitur Phi-oso-
phus, sed sophus. Hac in re ingenue fatebuntur omnes, oleum & operam
Ærenæ absumpisse. Quis, cum legerit, & penetrarit, nec musitare, per-
didisse, audebit? Attendat concisionem claram, attendat laconem per-
spicuum; ingenio acrem, difficultatum expeditorem, facillimum, & in-
cordem doctrinæ cursum. Verè liberalis doctrinæ cursum cepit, con-
summanit, leges Philosophicas seruauit. Reliquum est, vt coronetur o-
pus facultate Regia ad eulionem. Coronari debet, qui legitime certauit.
Hoc est meum iudicium. In Conuentu Victoriano Matritensi Ordinis
Minorum S. Francisci de Paula, die 23. Augusti, anno Domini 1638.

Fr. Ildephonsus de Herrera.

Provincia Definitor, & studiorum Regens.



DISPUTATIONES
IN VNIVERSAM
ARISTOTELIS
LOGICAM.

P R A E F A T I O.

IN Libris, quos Institutiones Dialecticas appellauimus, praecepta dedimus ad constituendas definitiones; diuisionem, argumentationem, & syllogismum necessaria, ut ijs instructas intellectus instrumenta habeat ut alia admodum ad scientias omnes addiscendas; ad vitandos errores; ad occultae veritatis indaginem; & denique ad quaerendam rerum naturam, & essentia principia, partes, causas, proprietates, & accidentia feliciter euoluenda. Ceterum, ut praecepta ibi tradita executioni facile mandarentur in hoc rerum varietate, necessarium fuit, res omnes ad certas classes reducere, in eisque ipsarum rerum praedicata inferiora cum su-

perioribus, & superiora cum inferioribus apte ordinare; ut inde praesto esset intellectui materia ad cuiusque rei naturam per definitionem explanandam, eius partes, & species indagandas per diuisionem; & denique causas, proprietates, & accidentia inuenienda per argumentationem.

Quapropter Aristoteles tractatum addit, in quo res omnes ad decem classes ea arte reduxit; ut in qualibet omnes rerum ad eam pertinentiam conceptus ab vno supremo genere vsque ad indiuidua apta quadam dispositione ordineret. Has vocauit categorias (Latine praedicamenta dicuntur) hoc est dispositiones rerum per suos conceptus à supremo aliquo vsque ad infima quaeque sub illa contenta;